

# Explanatio sancti Thome

lant sicut ego. Et vos scire potestis et regula et doctrina mea. 1. thymo. 4. Exemplum est fidelium in verbo. in conversatione. in charitate. in fide. in castitate. 1. petri. 5. Forma facti gregis et ex ario. Deinde cum dicit. Dulci et. Ponit ratio monitionis. et primo ex parte vitandorum. Secundo ex parte imitandorum ibi. Mostra autem conversatione. Re autem hoc videat ex odio dicit et premitit suam affectionem. Secundo ostendit quales sunt vitandi. ibi. Inimicos et. Dicit ergo. Dico quod imitandi indigent observatione. quia quidam aliter procedunt. scilicet de malo in peius. ps. In tenebris ambulat et. Quos et. vobiscum presens. nunc autem et flens pro compassione. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Et huius ratione ostendit dicens. Inimicos et. Quos describit primo ex opere. Secundo ex intentione ibi. Quos deus et. Item circa primum. Primo proponit opus. Secundo eventum operis ostendit ibi. Quos finis et. Opus eorum est exercitium inimicitie contra crucem christi. scilicet dicentium quod nullus potest saluari sine legalibus in quo evacuatur virtus crucis christi. Gal. 2. Si enim ex lege iusticia ergo christus gratis. id est sine utilitate mortuus est. 1. corinthio. 1. Verbum enim crucis perentibus quidem stulticia est: his autem qui salvi sunt id est nobis virtus dei est. Et quid eveniet? Certe nobis vita per crucem christi. illis autem contrarium quia incurrunt mortem. Unde dicit. Quos finis interitus scilicet mortis eterne. Job. 28. Lapidem caliginis et umbram mortis dividit et. Deinde describit eos quantum ad intentionem. Et primo manifestat eorum intentionem. Secundo ostendit intentionis eventum. ibi. Et gloria et. Dicit ergo. Quos deus et. Quasi dicit. Ideo hoc dicit seminat scilicet legalia esse observanda propter lucrum et gloriam propriam ut satisfaciatur ventri. Rom. vlti. Domino non servit sed suo ventri. Et per dulces sermones et benedictiones seducit corda innocentium. Eccl. 6. Omnis labor hominis in ore eius. sed anima illius non implebitur. Et dicit deus: quia proprium dei est ut sit principium primum et finis ultimus. Unde qui pro fine habet aliquid illud est deus suus. Item querit gloriam suam. contra illud Job. 8. Ego gloriam meam non quero. est qui querat et iudicet et. Sed eventus eorum erit in confusione. Psal. 4. Gloria eorum in ignominiam commutabo. Et hoc eorum qui terrena sapiunt. id est quibus terrena placent et ea querunt. Et hi confundentur quia status eorum transit. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis moriemini et. Glo. Quos deus et. Dei proprius est iustificare. qui ergo in cibis iustificationem ponebant: dicebant deum ventrem. Item est in confusione. quia in confusione scilicet in circumsione pudendorum occisione brutorum. Consequenter ostendit quales sunt imitandi. ibi. Mostra autem conversatione. Et primo describit in eis celestem conversationem. Secundo expectationem ibi. Unde saluator et. Tercio utilitate ibi. Qui reformabit corpus humile. et. Dicit ergo. Illi terrena sapiunt: sed non est sic de nobis quia nostra conversatio perficitur per contemplationem. 2. corinth. 4. Non contemplantibus nobis que videntur: sed que non videntur et. Item per affectionem: quia sola celestia diligimus. Item per operationem in qua est celestis representatio. 1. corinth. 15. Sicut portavimus imaginem terreni: portemus et imaginem celestis. Sed quare est ibi conversatio? quia inde expectamus optimum auxilium. ps. Levavi oculos meos in montes et. Math. 6. Ubi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum et. Unde dicit. Unde expectamus saluatorem nostrum. Esa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Luce. 12. Similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptijs et. Tria autem facit iste adventus. Primo commune resurrectio.

etio. Ideo dicit. Reformabit corpus humilitatis. id est abiectionis quia est mortalitati subiectum. Job. 25. Domino putredo et filius hominis vermis. 1. corinth. 15. Seminatur in corruptione surget in incorruptione. seminatur in ignobilitate surget in gloria. seminatur in infirmitate surget in virtute. Hoc corpus sic abiectionis reformabit. id est ad formam propriam reduceret. Rom. 8. Qui suscitavit iesum christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora nostra et. Item sanctorum imitationem. Ideo dicit. Configuratum corpori claritatis sue Corpus sicut christi est glorificatum per gloriam divinitatis sue. et hoc meruit per suam passionem. quicquid ergo participat virtutem divinitatis per gratiam et passionem christi imitatur gloriam. Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et ego vici et sedebi cum patre meo in throno eius et. Job. 3. Similes ei erimus. Mathei. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit secundum operationem divinitatis sue. id est per virtutem in ipso per quam possit sibi subiacere omnia. Omnes enim christo subiacent. quidam quantum ad salutem. quidam quantum ad penam. In primis exercet misericordiam. In secundis iustitiam. ps. Omnia subiecti sunt sub pedibus eius et. 1. corinth. 15. Pater subiecit omnia filio. Job. 5. Quicquid pater facit et filius similiter facit.

## Capitulum quartum.

**T**aq; fratres mei charissimi et desiderantissimi: gaudium meum et corona mea. Sic state in domino charissimi. Exhodium rogo: et synthicen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar. adiuva illas que mecum laboraverunt in evangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis: quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper: iterum dico gaude te. Abdestia vestra nota sit oibus hoibus. Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis sed in omni oratione et observatione cuius gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras in christo iesu. De cetero fratres quecumque sunt vera. quecumque pudica. quecumque iusta. quecumque sancta. quecumque amabilia. quecumque bone fame. si qua virtus qua laus. discipline hec cogitate que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me. Hec agite et deus pacis erit vobiscum. Supra proposuit eis exempla sequenda: hic per ammonitionem morale ostendit qualiter se debeant habere. Et primo ostendit qualiter se habeant in futurum. Secundo commendat eos de preterito ibi. Sausus sum autem et. Circa primum duo facit. Primo monet ad persistendum in iam habito. Secundo ad proficiendum in melius ibi. Gaudete in domino semper et. Iterum prima dividit in duas partes. Primo inducit ad perseverandum in generali. Secundo ponit speciales modos ad singulares personas ibi. Exhodium rogo et. Circa primum. primo commemorat ad eos suum affectum. Secundo ponit monitionem ibi. Sic state et. Affectum



# Explanatio sancti Thome

oratio mea sicut incensuz in p̄spectu tuo ꝛc. **Uel** innotescant nobis ip̄s q̄ semp̄ sint apud deū. **Quasi** dicat. **Nō** oretis p̄pter fauorē apostoli. **Matth. 6.** Tu autē cū ora ueris intra in cubiculū tuū ꝛ clauso ostio ora patrē tuū in abscondito ꝛc. **Uel** innotescat his qui sunt apud deū id est angelis per quoz ministeriū defuerunt deo nō quasi ignozati. sed q̄ intercedūt pro nobis. **Apoc. 8.** Ascendit fumus incensoz de orationibus sanctorū de manu angeli corā deo ꝛc. **¶** Deinde cū dicit. **Et** par ꝛc. ordinat aīm quantū ad pacē per illam dico dispositū. **Et** hāc per modū orantis optat. **Par** fm̄ auḡ. est tranquillitas ord̄is perturbatio em̄ ord̄is est destructio pacis. **Hec** ord̄is tranquillitas tripliciter p̄siderat. **Primo** pur est in principio ordinis. sc̄z in deo. **Ro. 13.** Que a deo sunt ordinata sūt ꝛc. **Ab** isto p̄fundo in quo est par deriuat primo ꝛ perfecte in beatos in quib⁹ nulla est perturbatio: nec culpe nec pene. ꝛ sequēter deriuat ad sanctos viros. **Et** quāto est magis sanctus tanto minus patit̄ perturbationem mentis. **ps.** **Par** multa diligentib⁹ legem tuā: ꝛ non est illis scandalū. sed perfecta est in beatis. **Esa. vlti.** **Ecce** ego declinabo super eam quasi fluum pacis ꝛc. **Quia** vero cor nostrū ab omni perturbatione nō potest esse alienū nisi per deū: oportet q̄ per ip̄m fiat. **Unde** dicit ei. **Et** hoc sc̄dm̄ q̄ considerat in ip̄o principio exuperat omnes sensum creatū. quia vt dicit. **1. tymoth. vlti.** **Lucez** habitabit in accessibilē. **Job. 36.** **Ecce** deus magnus vincēs scientiā nostrā ꝛc. **Et** fm̄ q̄ est in patria superat oēs sensus humanū non habentiū gratiā. **Apoc. 2.** **Vicenti** dabo mānā absconditū ꝛ dabo illi calculū ꝛc. **Hec** ergo par custodiat corda vestra. id est affect⁹ vestros vt in nullo declinetis a bono. **Proverb. 4.** **Omni** custodia serua cor tuū. quia ex ip̄o vita p̄cedit. **Item** intelligētias vestras sc̄z vt in nullo deiciatis a vero. **¶** Deinde cū dicit. **Decetero** ꝛc. ordinat actū. ꝛ primo inducit eos ad bene agendū. vbi ponit actiōis obiectū sc̄z bonū quod agitur. **Sec̄do** motiū actus. **Tertio** actū. **Quarto** fructū actus. **Hec** quattuor sunt hic. **Obiectū** autē boni actus vel est obiectū cognitiōis vel affectiōis. **Quantū** ad intellectū est verū. quantū ad affectū est bonū. **Et** ideo dicit. **Decetero**. id est ex quo sic estis firmati cogitate que sunt vera per fidē. **Zach. 8.** **Pacē** ꝛ veritatē diligite ꝛc. **Quantū** autē ad affectū sciendū est q̄ quedā sunt de necessitate virtutis. quedā superaddita. **De** necessitate sunt tria. **Primo** vt integer sit in se. ꝛ quantū ad hoc dicit. **Quecūq;** pudica. id est casta. **Iaco. 3.** **Que** de sursum est sapientia: primū quidē pudica est ꝛc. **Item** q̄ sit directus ad primū. **Unde** dicit. **Quecūq;** iusta ꝛc. **Mat. 5.** **Beati** qui esuriūt ꝛ sitiūt iusticiā ꝛc. **Item** ordinatus ad deū. **Unde** dicit. **Sancta. Luce. 1.** **Seruiamus** illi in sanctitate ꝛ iusticia corā ip̄o oibus diebus nostris ꝛc. **Obiecta** autē necessitatis sunt duo. sc̄z q̄ sit inductiū ad amicitia. **Sec̄do** q̄ cōseruatiū bone fame. **Quantū** ad primū dicit. **Quecūq;** amabilia. id est que inducūt ad mutua amicitia. **Eccl. 7.** **Nō** te pigeat visitare infirmū. **Et** his em̄ in dilectiōe firmaberis. **Proverb. 18.** **Vir** amabilis ad societatē magis amicus erit q̄ frater. **Quantū** ad secundū dicit. **Quecūq;** bone fame. **Multa** em̄ possent fieri cū bona cōscientia que tamen p̄pter famā sunt dimittēda. **Eccl. 4.1.** **Curā** habe de bono noīe. **Hoc** em̄ magis permanebit q̄ mille thesauri magni et preciosi. **Motiū** ad operandū est duplex. **Primo** inclinatio interioris habitus. **Sec̄do** exterior: disciplina seu instructio. **Quantū** ad primū dicit. **Si** qua virtus. id est habi-

tus virtutis est in vobis. sc̄z inducat vos ad hoc. **Eccl. 4.4.** **Diuites** in virtute pulchritudinis studiū habentes pacificātes in domibus suis. **Quantū** ad secundū dicit. **Si** qua laus. i. laudabilis disciplina. sc̄z est in vobis facite bona. **ps.** **Bonitatē** ꝛ disciplinam ꝛ scientiā doce me ꝛc. **Et** exponit qualis sit ista disciplina dicens: **Hec** cogitate sc̄z que didicistis me docēte. **Matth. 11.** **Discite** a me q̄ mitis sū ꝛ humilis corde ꝛc. **Et. 1.** **ihes. 2.** **Cū** accepissetis a nobis verbū auditis dei: accepistis illud nō vt verbum hominū sed sicut est vere verbū dei ꝛc. **Et** vidistis per exēpla. **Hic** em̄ patet motiū actus et obiectū. q̄ disciplina habet per doctrinā. **Unde** oportet q̄ primo capiāt. **Unde** dicit. **Hec** cogitate. **Item** q̄ ei affectiō. **Unde** dicit. **Et** didicistis ꝛ accepistis. **Item** habet per auditū ꝛ vīzū. **Unde** dicit. **Que** audistis ꝛ vidistis. **Bonus** actus est duplex. sc̄z vnus interior qui ponit ibi. **Hec** cogitate. **1. tymoth. 4.** **Hec** meditare. **Exterior** ibi. **Agite. Esa. 1.** **Qui** escite agere peruersi: discite bene facere ꝛc. **Fructus** est deus ibi. **Et** deus pacis ꝛc. **Quasi** dicat. **Si** hoc feceritis erit vobiscū. **2. cor. vlti.** **Pacē** habete. ꝛ deus pacis ꝛ dilectiōis erit vobiscū.

## LECTIO SECUNDA.

**Q**uius sum in domino vehemēter quoniā tandem aliquādo refozuistis pro me sentire sicut ꝛ sentiebatis. **Occupati** autem eratis. **Non** quasi propter penuriā dico. **Ego** enim didici in quibus sū sufficiens esse. **Scio** ꝛ humiliari scio ꝛ abundare. **Ubiq;** ꝛ in omnibus institutus sum: ꝛ satiari. ꝛ esurire. ꝛ abundare. ꝛ penuriam pati. **Omnia** possum in eo qui me confortat. **Verumtamen** bene fecistis: cōmunicantes tribulationi mee. **Scitis** autē ꝛ vos philippenses q̄ in principio euangelij quādo profectus sum a macedonia nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati ꝛ accēpti: nisi vos soli. quia ꝛ thessalonicā semel ꝛ bis in vsum mihi misistis. non quia quero datum: sed requiro fructū abundantē in ratione vestra. **Habeo** autem omnia ꝛ abūdo. **Repletus** sū ab ephrodito que misistis in odorem suauitatis hostiā acceptam placētē deo. **Deus** autē me⁹ impleat omne desiderij vestrum sc̄dm̄ diuitias suas in gloria in xp̄o iesu. **Deo** autē ꝛ patri nostro gloria in secula seculoz amen. **Salutate** omnē sanctum in xp̄o iesu. **Salutant** vos omnes sancti: maxime autem qui de cesaris domo sunt. **Gratia** domini nostri iesu xp̄i cum sp̄i ritu vestro amen.

**Superius** ostendit aplius qualiter fideles se debeāt habere in futurū: hic cōmendat eos de preterito sibi impenso beneficio. **Et** primo ponit cōmendationē. **Sec̄do** terminat epistolā in oratiōe ꝛ salutatiōe. **Ibi.** **Deus** autē ꝛc. **Circa** primū duo facit. **Primo** cōmendat eos de beneficio impenso. **Sec̄do** beneficiū diffusius exponit ibi. **Nō** quasi ꝛc. **Item** prima pars diuidit̄ in tres particulas q̄